

PROF. JOHANN GOTTHART VON BOECKELLEN

Fakultät	Juristische Fakultät
Geboren	1645 in Ratzeburg
Gestorben	1702 in Helmstedt
Kurzvita	Jur. ao. Prof. d. Jurisprudenz in Helmstedt (ab 1673); Phil. Prof. d. Moral u. Ethik in Helmstedt (1677–1678); Jur. o. Prof. für kanonisches- und Feudalrecht in Helmstedt (1678–1702);
Ehefrauen	Hedwig S. Boeckellen geborene Eichel (1659–1723), Heirat 1677
Quelle	
GND	https://d-nb.info/gnd/104279915
Permalink	https://uni-helmstedt.hab.de/prof-19-boeckellen

Lehrstühle

1673–1677 Lehrstuhl für Jurisprudenz, Helmstedt

1677–1678 Lehrstuhl für Moral / Ethik, Helmstedt

1678–1702 Lehrstuhl für kanonisches- / Feudalrecht, Helmstedt

Vorlesungen (125)

[...] Redibit autem, Deo volente, brevi, & quamprimum redierit, Studiosae juventuti tam publice, quam privatim, & legendo & disputando, operam pro virili offeret., Sommersemester 1673

Johannes Gothardvs Bökelivs J. U. Licentiatus. Serenorum Principum nostrorum jussu & voluntate clementissima professionem Juris quidem publice jam suscepit, & solenniter introductus est; ob iter tamen necessarium lectiones adhuc differre cogitur., Sommersemester 1673

Johannes Gothardvs Böekel. J.U.L. ipsius Juris Feudalis textus ea, qua coepit, methodo, interpretationem publice continuabit. [...], Wintersemester 1673/1674

[...] Intra privatos parieres autem jus publicum juxta ductum & ordinem Lampadii, nec non Institutiones Juris haud ita pridem inchoatas, per proximum semestre spatium, Deo annuente, absolvet. [...], Wintersemester 1673/1674

[...] Neque Studiosae Juventuti, siquidem vel publice vel privatim tam in jure publico, quam privato, exercitia disputatoria placuerint, operam suam denegabit., Wintersemester 1673/1674

Johannes Gothardvs Boeckell J.U. Licent. benevolo incltyi ICTor. Ordinis consensu & decreto Institutiones Imperiales publice explicabit, & Deo volente, intra hoc semestre spatium absolvet. [...], Sommersemester 1674

[...] Exercitium etiam publicum disputatorium in Institutiones, nec minus intra privatos parietes lectiones diligenter continuabit, & brevi ad finem perducet. Operam praeterea suam & publice & privatim tam in jure publico, quam privato, petentibus non denegabit., Sommersemester 1674

[...] privata etiam exercitia partim incepta, partim brevi incipienda diligenter continuabit, nec minus alijs in rebus & legendo & disputando operam suam petentibus exhibebit., Wintersemester

1674/1675

Johannes Godhardvs Böeckell. J.U.L. Prof. Publ. Extraord: Materiam contractuum, praeconio suo haud carentem, hoc semestrali spatio publice proponet [...], Wintersemester 1674/1675

[...] & ex fundamentis Juris naturae & rectae rationis deducet. Exercitia & Lectoria & Examinatoria ad fontes tum Pandectarum, tum Institutionum domi coepta continuabit, Disputationes etiam publicas absolvet, & Studiosis privatim & publice se exercere volentibus prompte aderit., Sommersemester 1675

Johann Gotthard von Böckeln / I. V. Licentiatus promotus, ejusdemque Professor Publicus, Constitutionem Criminalem Caroli V. Imperatoris una cum Titulis istis qui de criminalibus in Institutis, Pandectis, Codice, Novellis & Jure Feudali sparsim habentur publice interpretabitur, [...], Sommersemester 1675

[...] Disputatoria ad Institutiones exercitia [...], quam privatim pariter, Deo volente, continuabit. Neque aliis Dominorum Studiosorum commodis & legendo & disputando deerit., Wintersemester 1675/1676

Johan Gothard von Böckellen J.U.D. & P.P. Institutiones Juris publice explicabit, non solum in usum Tyronum, sed & caeterorum Dominorum Commilitonum, qui ultiores jam progressus in juris curriculo fecerunt. [...], Wintersemester 1675/1676

[...] Disputatoria ad Institutiones exercitia tam publice, [...], Deo volente, continuabit. Neque aliis Dominorum Studiosorum commodis & legendo & disputando deerit., Wintersemester 1675/1676

Johan Gothard von Böckeln D. & P.P. Institutiones juris ea, qua coepit, methodo continuabit, & per hoc semestrale temporis spatium, Deo volente, absolvet. [...], Sommersemester 1676

[...] Privatim etiam in praelectionibus Wesenbecianis, [...], Sommersemester 1676

[...] nec non juris publici discursibus strenue perget, publice pariter [...], Sommersemester 1676

[...] ac privatim tam legendo quam disputando alias operam suam sedulo Studiosis offert., Sommersemester 1676

Johan Gothard von Böckellen D. P.P. Institutionum Juris explicationem, ea, qua hactenus usus est, methodo publice continuabit, post quam ad finem perduxit, criminalis juris doctrinam proponet. [...], Wintersemester 1676/1677

[...] Intra privatos parietes tam in lectorio juris privati, quam examinatio juris publici exercitio strenue perget. [...], Wintersemester 1676/1677

[...] Tractatio quoque ejus synoptica de jure Hospitij, & discursus de fundamentis societas civilis brevi lucem videbunt. Quod si praeterea opera ejus desiderabitur, nec publice nec privatim deerit., Wintersemester 1676/1677

[...] Operam insuper suam [...] quam privatim desiderantibus non denegabit., Sommersemester 1677

[...] Operam insuper suam tam publice [...] desiderantibus non denegabit., Sommersemester 1677

Johan Gothard von Boeckellen D. P.P. Publice non solum Institutiones juris intra aliquot septimanas absolvet, sed etiam permissu & approbatione inclyti Ictor Ordinis materiam juris criminalis peculiari nec ingrata methodo proponet. [...], Sommersemester 1677

[...] Absoluto jam intra privatos parietes Collegio juris publici examinatio, & Institutionum lectorio, alios labores domesticos juris publici pariter ac privati sedulo continuabit. Tractatum quoque de jure Absentiae horis succisivis a se elaboratum typis imprimendum curabit. [...], Sommersemester 1677

[...] Intra domesticos parietes lectiones Ethicas methodo, qua coepit, sedulo paritet continuabit, nec

non unam vel alteram insignem hujus studii materiam publicae ventilationi pro more Academico in gratiam & exercitium studiosae Juventutis exponi curabit., Wintersemester 1677/1678

Joh. Gothard von Böeckellen. Posteaquam favente S. Numine & Clementissimis Serenissima Domus Brunsvigo-Luneburgicae auspiciis, demandatam Philosophiae Moralis Professionem suscepit, officii sui memor ipsorum Aristotelis Ethicorum ad Nicomachum explicationem publice aggredietur. [...], Wintersemester 1677/1678

Johan. Gothard von Böeckellen D. P. P. postquam explicationem Institutionum Imperialium ad finem publica in cathedra perduxit, ex eadem Jus criminale ordine ac methodo non ingrata proponet, initium, Deo volente, hujus operae propediem facturus. [...] Operam denique suam & publice [...], desiderantibus promptissime praestabit., Wintersemester 1677/1678

[...] Privatim Exercitia tam juris publici quam privati continuabit. Tractatio quoque sua de jure Absentiae ut brevi lucem videat, hactenus per alia negocia impeditus jam diligentius curabit. Operam denique suam [...] & privatim, desiderantibus promptissime praestabit., Wintersemester 1677/1678

Johann Gothard von Böckellen explicationem librorum Nicomachicorum Aristotelis pro virili publice continuabit. [...] Docet hora VIII., Sommersemester 1678

[...] Domi Collegia Ethica, nec non, si licuerit, politica aperiet;, Sommersemester 1678

[...] uni quoque vel alteri argumento publice ventilando praesidium pro more Academico praestabit., Sommersemester 1678

Johann Gothard von Boeckellen D. Lectionibus juris Criminalis publice insistet. [...], Sommersemester 1678

[...] Domi quoque Collegia tam juris publici quam privati inchoanda sedulo continuabit. [...], Sommersemester 1678

[...] Si quid praeterea & legendo & disputando in usum Studiosorum conferre poterit, operam suam promptissimam offert., Sommersemester 1678

Johann Godhard von Böckellen. Moral. P.P. absolutis jam in libros Aristotelis Nicomachicos lectionibus exactum Systema Moralis Philosophiae Dominis Commilitonibus publice tradet. [...] Docet hora VIII., Wintersemester 1678/1679

[...] Privatim quoque Collegia tam lectoria quam disputatoria Ethica instituet, nec non publice de insignibus quibusdam professionis hujus argumentis disputandi occasionem captabit., Wintersemester 1678/1679

Johan Godhard von Böckellen D. P.P. publicas juris Criminalis praelectiones juxta propositam methodum constanti industria continuabit. In aedibus suis Institutiones Iuris ex usu & praxi hodierna explicabit. [...] Docet hora IX., Wintersemester 1678/1679

[...] Dabitur etiam occasio de nonis tam juris publici quam privati argumentis sive lectiones sive disputationes in gratiam Dominorum Studiosorum habendi., Wintersemester 1678/1679

[...] Intra domesticos parietes non minus lectoria quam disputatoria exercitia pro voto ac desiderio Dnn. Studiosorum sedulo tractare non intermittet., Sommersemester 1679

Johan. Gothard von Böeckellen D. Juris Criminalis & Institutionum Prof. Publ. & Ordin. materiam juris criminalis publice continuabit. [...], Sommersemester 1679

[...] Privatas quoque lectiones sedulo continuabit., Wintersemester 1679/1680

Joh. Gothard von Böekeln D. Institutionum & juris Criminalis Prof. Ord. processum juris Criminalis brevi ad finem publice perducet, & eo finito, Institutiones juris brevi ac perspicua methodo publica ex cathedra interpretabitur. [...], Wintersemester 1679/1680

Privatim quoque desiderio Dominorum Studiosorum nunquam deerit., Sommersemester 1680

Johan Godhard von Boeckellen D. Institutionum & Iuris Crimin. Prof. Ordin. Ea, qua coepit, methodo Institutionum Juris explicationem ad praxin & usum hodiernum accommodata publice diligenter continuabit. Finito hoc labore, alteram professionis suae partem, jus nempe Criminale, pertractabit., Sommersemester 1680

Privatim quoque & legendo & disputando nunquam non Studiosae juventutis desideriis promptum ac paratum se praebebit., Wintersemester 1680/1681

Johan Godhard von Boeckellen D. Institutionum & Iuris Crimin. Prof. P. & Ordinarius, publicam Institutionum Imperialium explicationem brevi, Deo volente, inter varios licet ViceRectoratus labores ac molestias absolvet, & deinde Juris Criminalis partem specialem publica ex cathedra pariter perspicua methodo proponet., Wintersemester 1680/1681

Johan Godhard von Böeckellen, J.U.D. Institutionum & Juris Criminalis Professor Publ. & Ordinarius absoluta Institutionum Imperialium explicatione, Juris Criminalis partem specialem jam publica de cathedra proponere coepit, & sedulo eam imposterum continuabit, atque, quamprimum fieri poterit, ad finem perducet. [...], Sommersemester 1681

[...] In aedibus quoque suis nunquam desideriis Dn Studiosorum deerit, nec non Disputaturis tam publice, [...] promptissimum se praebebit., Sommersemester 1681

[...] In aedibus quoque suis nunquam desideriis Dn Studiosorum deerit, nec non Disputaturis [...], quam privatim promptissimum se praebebit., Sommersemester 1681

Quodsi etiam opera ejus alias tam publice, quam privatim desiderabitur, non deerit Studiosae juventutis desideriis., Wintersemester 1681/1682

Johann Gothard von Boeckellen D. Institutionum Imperialium & juris Crimin. Prof. Ordin. Partem juris criminalis specialem sedulo continuabit, atque pertractatis jam propremodum delictis publicis, ad privata delicta mox deventurus, intra trimestre spatium, Deo volente, ad finem hunc laborem perducet, Institutiones deinde publice explicaturus., Wintersemester 1681/1682

[...] Privatim quoque desideriis studiosae juventutis promptum ac paratum sese offert., Sommersemester 1682

Johann Gothard von Boeckellen J. U. D. Institutionem Imp. & Juris Criminalis Profess. Publ. Ordin. Intra menses aliquot Institutiones Juris absolvet, & deinde Criminalia iterum tractabit. [...], Sommersemester 1682

Privatim quoque labores coeptos non intermittet, & aliis studiosae juventutis s. ad theoriam sive praxin juris spectantibus desideriis promptum paratumque; se nunquam non praestabit., Wintersemester 1682/1683

Johan Godhard von Boeckellen D. Instit. & Juris Crimin. Prof. Publ. Ord. Lectionibus publicis Institutionem Justinearum intro octo menses absolutis, ad easdem Institutiones publica in cathedra absque sumptibus studiosorum binas disputationes singulis septimanis loco lectionum publicarum sub praesidio suo exhibere coepit, illudque exercitium diligenter & vel maximam publicae operae omnibus & singulis sine pretio accessum praebentis curam habiturus continuabit, finitoque eo alteram Professionis suae partem, jus nempe criminale, pariter publice pertractabit., Wintersemester 1682/1683

Johan Godhard von Böckellen / D. Instit. & Jur. Crimin. Profess. P. Ordin. In explicatione Institutionum Imperialium denuo non ita pridem coepta sedulo progredietur, & praxin hodiernam praeprimis ostendet., Sommersemester 1683

Privatim non minus Collegia diligenter continuabit, & aliis quoque Studiosae juventutis desideriis promptum ac paratum se praebebit., Sommersemester 1683

Johan Godhard von Boeckellen / D. Instit: & Juris Crimin. Prof. Publ. Ord. Ex publica cathedra praelectiones Institutionem Imperialium sedulo continuabit, & brevi ad finem perducet, deinde confestim Nemesin Carolinam interpretabitur., Wintersemester 1683/1684

Johan Godhard von Boeckellen D. Institutionum & Juris Crimin. Prof. Ordin. Publica de Cathedra Institutionibus juris propediem ad finem perducendis protinus subjunget Explicationem Constitutionis Criminalis Caroli V. [...9, Sommersemester 1684

[...] Intra domesticos parietes Collegia & exercitia tam juris publici quam privati partim coepta partim incipienda, sedulo continuabit, [...], Sommersemester 1684

[...] neque aliis desideriis Studiosorum legendo, examinando, disputando deerit., Sommersemester 1684

Johan Godhard von Böeckellen D. Instit. & Jur. Crim. Prof. Publ. & Ordin. Lectiones suas publicas in Constitutionem Criminalem Caroli V. sedulo ea , qua hactenus usus est, methodo continuabit, & absolutis iis alteram suae Professionis partem, Institutiones nempe Imperiales, iterum aggredietur. [...], Wintersemester 1684/1685

[...] Praeterea legendo, examinando, disputando studiosae juventutis desideriis promptissimum se praebet., Wintersemester 1684/1685

Johan Godhard von Böckellen / D. Institutionum & Juris Criminalis Prof. Ord. publicas Institutionum Imperialium praelectiones sedulo continuabit, & brevi tempore absolvet. Deinde ad Jus Criminale redibit., Wintersemester 1685/1686

Inter privatos quoque parietes exercitia sua pro desiderio Studiosae juventutis non intermittet., Wintersemester 1685/1686

Johan Godhard von Böckellen J. U. D. Institt. & Juris Criminalis Profess. Publ. Ordin. Processum criminalem qua coepit methodo publice continuabit., Sommersemester 1686

[...] Privatim quoque Collegium juris publici sedulo continuabit; nec minus legendo, examinando & disputando studiosae, juventuti operam alias praestabit., Wintersemester 1686/1687

Johan Godhard von Boeckellen / D. Inst. & Juris Crimin. Prof. Ordin. finito Magistratu, quem gerit, Academico, si negotia non prius permiserint, protinus Institutiones Imperiales, publice interpretari incipiet. [...], Wintersemester 1686/1687

Johan Godhard von Boeckellen D. Inst. & Jur. Crimin. Prof. P. Ord. Institutiones Imperiales non ita pridem publice coeptas interpretari continuabit. [...], Sommersemester 1687

[...] Intra domesticos quoque parietes tam Juris publici quam privati labores brevi ad finem perducet, novosque pro studiosae juventutis desiderio inchoabit., Sommersemester 1687

Johan Godhard von Böeckellen D. Inst. & Jur. Crimin. Prof. Publ. Ord. Institutiones brevi publice absolvet, & deinde alteram Professionis suae partem, jus nempe Criminale, pertractabit: [...], Wintersemester 1687/1688

[...] neque privatos intra parietes Dominorum Studiosorum desideriis deerit., Wintersemester 1687/1688

Johan Godhard von Boeckellen / D. Inst. & Jur. Crimin. Prof. Ord. Publice Synopsis suam Delictorum methodicam typis commissam, quam finitis Institutionibus explicare coepit, sedulo continuabit. [...], Sommersemester 1688

[...] Privatim Collegium ad Dn. Struvii Jurisprudentiam Romano-Germanico-Forensem ante quatuor menses inchoatum brevi absolvet; [...], Sommersemester 1688

[...] nec non ad Juris publici lectiones ac exercitia redibit. [...], Sommersemester 1688

[...] Et praeterea docendo, examinando, disputando Studiosae juventuti paratissimum se praebebit.,

Sommersemester 1688

Johan Godhard von Böeckellen D. Institution. Imperial. & Juris Crim. Prof. P. Ord. in explicanda Synopsi sua Delictorum sedulo perget, [...], Wintersemester 1688/1689

[...] nec non intra domesticos parietes Collegium Struvianum brevi absolvet; [...], Wintersemester 1688/1689

[...] jus publicum quoque consueta sibi methodo privatim denuo pertractabit; [...], Wintersemester 1688/1689

[...] & aliis Dn. Studiosorum desideriiis, legendo, examinando, disputando promptissimum se praebebit., Wintersemester 1688/1689

Johan Godhard von Böckellen / D. Juris Canonici & Feudal. Profess. Ordin. publice discursus ad Disputationes J. Feudalis Schnobelianas [...] continuabit., Sommersemester 1689

[...] privatim vero exercitia juris lectoria & examinatoria diligenter continuabit., Sommersemester 1689

[...] nec non Juris Publici Collegium brevi incipiet, Sommersemester 1689

Johan Godhard von Böckellen D. Juris Canon. & Feud. Profess. Ordin. publice disputationes Schnobelianas Juris Feudalis intra aliquot menses absolvet, & deinde protinus Jus Canonicum brevi ac perspicua methodo pertractare incipiet [...], Wintersemester 1689/1690

Privatim quoque desiderantibus legendo, examinando, disputando non deerit., Wintersemester 1689/1690

Johan Godhard von Böckellen / D. Juris Canon. & Feud. Profess. Post absolutas jam lectiones Feudales jus Canonicum compendiosa ac perspicua methodo publice interpretabitur., Sommersemester 1690

Privatim Institutionum collegium coeptum sedulo continuabit, nec non aliis studiosae Juventutis desideriiis tam in jure publico, quam privato promptissimum se praebebit., Sommersemester 1690

Johan Godhard von Böckellen D. Juris Canon. & Feud. Prof. Ordin. Explicationem Institutionum Juris Canon. Lancellotti sedulo continuabit [...], Wintersemester 1690/1691

[...] domi quoque suae collegia privata brevi absolvet, & nova pro desiderio Dominorum Studiosorum inchoabit., Wintersemester 1690/1691

Johan Godhard von Böeckellen D. Juris Canon. & Feudal. Profess. Ordin. tametsi in curanda B. Dn. Hahnii Observationum Theoretico-Practic. ad Wesenbec. nova editione, multis decisionibus ac responsis juris nec non locupletissimo Indice agenda occupatus, haud tamen lectiones suas intermittet, sed publice proximo trimestri Institutiones Jur. Canon. absolvet, ad Feudalia deinde reversurus. [...], Sommersemester 1691

[...] Privatim, absolutis jam laboribus, alias tam juris publici quam privati ex voto Dnor. Studiosorum auspicabitur., Sommersemester 1691

Johan Godhard von Böeckellen / D. Juris Canon. & Feud. Profess. Ordin. in tradenda Juris Feudalis Synopsi eaque uberius explicanda continuabit, & laborem hunc intra trimestre abhinc temporis spatium, favente S. Numine, propemodum absolvet. [...], Wintersemester 1691/1692

[...] Privatim quoque juris publici studium pertractandi occasio illi dabitur, operamque suam alias studiosae juventuti promptissimam exhibebit., Wintersemester 1691/1692

Johan Godhard von Boeckellen D. Juris Canon. & Feud. Profess. Publ. Ordin. Differentias juris Civilis & Canonici publice tradere perget, & iis absolutis ad jus Feudale protinus redibit., Sommersemester 1692

[...] privatim vero juris publici Doctrinam sedulo continuabit., Wintersemester 1692/1693

Johan Godehard von Boeckellen / D. Juris Canon. & Feud. Profess. Ordin. quatenus Vice-Rectoratus labores permiserint publice lectiones Feudales, [...], Wintersemester 1692/1693

Johan Godhard von Boeckellen J. U. D. Juris Canon. & Feud. Profess. Publ. Ordin. Finitis jam lectionibus Juris Feudalis, mox Processum Civilem juxta ductum Lib. IId. Decretalium publice inchoabit [...], Wintersemester 1693/1694

[...] Processum Civilem juxta ductum Lib. IId. Decretalium [...] privatim intra aliquot septimanas absolvet, & absoluto eo, alios labores ex usu & desiderio Studiosae juventutis protinus aggredietur., Wintersemester 1693/1694

Johan Godhard von Boeckellen / D. Juris Can. & Feud. Prof. Publ. Ordin. Processus civilis tractationem publice continuabit [...], Sommersemester 1694

Intra privatos parietes, finito non ita pridem Institutionum Imp. Collegio, alia pro commodis & desiderio Dn. studiosorum inchoabit; nec non coeteros suos in usum publicum domesticos labores absolvet., Sommersemester 1694

Johan Godhard von Boeckellen D. Juris Canonici & Feud. Prof. P. Ord. postquam processum Civilem absolvit, jus Feudale publice docendum aggredietur, atque mox initium harum lectionum faciet, Wintersemester 1694/1695

[...] nec minus privatos suos in publicum commodum labores ad finem ut brevi perducatur, sedulo curabit, tum quoque processum civilem publice traditum ad utilem applicandum praxin Dnis Studiosis, privatim desiderantibus, demonstrabit., Wintersemester 1694/1695

[...] Privatim coeptum Collegium juris practicum, ad forensem praxin manuducens, diligenter tractabit; [...], Sommersemester 1695

[...] neque non aliis Academicis exercitiis, pro usu ac desiderio Dnn. Studiosorum, operam impendet., Sommersemester 1695

Johan Godehard von Böeckellen / J.U.D. & P.P.Ord. methodicam suam juris Feudalis tractationem, quam typis imprimendam curat, publice explicare & uberiori discursu illustrare continuabit. [...], Sommersemester 1695

Johan. Godhard von Boeckellen / J. U. D. & Prof. P. Ordin. Methodicae suae Jur. Feudalis tractationi imprimendae & publice explicandae ulteriorem operam impendet; [...], Wintersemester 1695/1696

[...] privatos quoque labores suos jam coeptos & mox incipiendos sedulo urgebit., Wintersemester 1695/1696

Johan. Godhard von Boeckellen / D. Prof. Publ. Ordin. Lectiones suas Feudales publice continuabit., Sommersemester 1696

Privatim quoque finito nuper Institutionum Imperialium Collegio alios labores pro desiderio Studiosae juventutis, subjundet..., Sommersemester 1696

Johan Godhard von Boeckellen J. U. D. & Prof. P. Ord. lectiones Feudales in publica cathedra diligenter continuabit & proximo semestri ad finem perducet., Wintersemester 1696/1697

Privatim quoque operam suam usui ac commodo Dnn. Studiosorum impendere perget., Wintersemester 1696/1697

Johan Godhard von Böeckellen/ J.U.D. Canon. & Feud. Jur. Prof. Publ. Ord. Quas, finitis Feudalibus, juris Canonici publicas lectiones coepit, sedulo continuabit, integrum juris Canonici usum secundum tria juris objecta traditurus. [...], Sommersemester 1697

[...] Privatam non minus suam operam desiderantibus praestabit., Sommersemester 1697

Johan Godhard von Böeckellen D. & Prof. Jur. Canon. & Feud. lectiones suas Feudales publice continuabit [...], Wintersemester 1697/1698

[...] privatim quoque Dn. Studiosorum desideriis non deerit., Wintersemester 1697/1698

Johann Gothard von Boeckellen D. Juris Can. ac Feudal. Prof. P. Ord. Publice repetitionem juris Feudalis, quatenus Vice-Rectoratus Academici labores permissuri sunt, ad finem perducet; [...], Wintersemester 1698/1699

[...] Deinde Compendium juris Canonici ad praxin hodiernam accommodati tradet. [...], Wintersemester 1698/1699

[...] Privatim quoque Studiosae juventutis desideriis promptum se praebebit., Wintersemester 1698/1699

Johann Gothard von Boeckellen D. Juris Canon. & Feud. Prof. Publ. Ordin. lectiones suas publicas de processu civili continuabit, & deinde processum criminalem tractabit; [...], Sommersemester 1701

[...] Privatim quoque ex desiderio Dnor. Studiosorum operam suam offert nec unquam denegabit., Sommersemester 1701

Johan Gothard von Boeckellen D. Juris Feud. & Crimin. Prof. Ord. publicas de processu civili lectiones brevi absolvet; [...], Wintersemester 1701/1702

[...] & deinde processum criminalem tractabit. [...], Wintersemester 1701/1702

[...] Privatim quoque desiderantibus operam suam promittit, [...], Wintersemester 1701/1702

[...] nec non ad omnia quae officii sui ratio exigit, se offert., Wintersemester 1701/1702

Beteiligung an Dissertationen (1)

Respondent in: Lunden Ludolph Georg (Präses): De Principis In Bello Et Pugna Praesentia Exercitatio Academica, 1666. VD17 23:255638N

Beteiligung an Reden und Programmen (2)

contributor in: Melchior Schmid: Oratio Ad Reverendissimi Serenissimorum Et Potentissimorum Brunsvicensium Et Luneburgensium Ducum Illustres Legatos : Cum Praeclarum Academiae Iuliae Visitandae Negotium Feliciter Peregissent, 12.11.1680. VD17 23:236921S

contributor in: Christoph Heinrich Ritmeier: Oratio De Palingenesia Studii Philologici primis Reformatioribus nostris viam sternente, 22.12.1698. VD17 23:251642F

Rechenschaftsberichte

Zeitraum	11.01.1701–10.03.1701
Text	Anno 1701 / Mense Ianuario / Finitis feriis ordinariis. / Die 11 Egi de actore et differentia eius ab accusatore / 13 [et] 14 De reo dixi / 17, 18, 20 [et] 21 De personis iudicii minus- principalibus docui à parte iudicis / 24, 25, 27 [et] 28 De personis iudicii minus- principalibus à parte litisantium tractavi / 31 De personis intervenientibus egi / Mense Februario / Diebus 1,3 [et] 4 Argumentum de intervenientibus personis absolvi / 7, 8, 10, 11 [et] 14 De rebus in iudicium venientibus latè disserui / [v] / Diebus 15,17 [et] 18 De veteris superstitioso et illicito procedendi in iudicio modis dixi / 21, 22, 24 [et] 25 Generalia de modo procedendi latè tractavi / Mense Martio / Diebus 1,3 [et] 4 De persona iudicis quoad processum egi / 7, 8, 9 [et] 10 Docui de officio indicii nobili et mercenario / Reliquum tempus mensis [?] valetudo, hebdomadus sacra et feriae paschales *Streichung* impediunt lectiones.

Quelle	Iohann Gotthart Böeckellen dieses bey der registratur 37 Alt 2530, Fol. 5
Zeitraum	01.04.1701–30.06.1701
Text	Mense Aprilis Anno 1701 / Die 1 Egi de supplicatione primo iudicii actum praeparatorio / 4, 5, 7 [et] 8 Citationis materiam pertractavi / 11, 12, 14, 15 [et] 18 De tertio praeparatorio actu, libello actionis dixi / 19 De libelli clausulis salutaribus et cautelis dixi / 22 [et] 25 De primo actu praeparatorio accidentaliter contumacia in genere docui / 26, 28 [et] 29 De contumacia actoris / Mense Maio / Diebus 2, 3 [et] 4 De contumacia rei / 6, 8, 9 [et] 11 De dilatione secundo accidentaliter actu praeparatorio / 12 [et] 14 De tertio actu praeparatorio accidentaliter exceptionibus dilatoriis, dixi. Reliquum huius mensis tempus feriae pentecostales et lectionum [?] occupaerunt / [v] / Mense Iunio / Diebus 2, 3, 6 [et] 7 Docui de 4. to actu praeparatorio accidentaliter nempe de satisfactione / 9, 10, 13 [et] 14 De primo actu iudicii intermedio substantia litis contestatione docui / 16, 17, 20 [et] 21 De secundo actu intermedio substantia, exceptionibus peremptoriis / 27, 27 [et] 28 De tertio actu intermedio substantia, probatione, disserui. / 30 Erat promotio in facultate theologica. Iohann Gotthart von Böeckellen
Quelle	37 Alt 2530, Fol. 6
Zeitraum	04.07.1701–12.09.1701
Text	Anno 1701 / Mense Iulio / Die 4 De obiecto probationis tam affirmativo quam negativo disserui. / 5,7 [et] 8 De divisione probationis in artificialem et inartificialem egi. / 11,12,14 [et] 15 De confessione iudiciali et extraiudiciali egi / 18,19 [et] 22 De iuramento late disserui / 21 Fuit mutatio Vice Rectoratus / 25,26,28 [et] 29 De instrumentis dixi. / [v] / Mense Augusto / Diebus 1 [et] 2 De termino probatorio egi. / 4,5,8 [et] 9 De articulis probatoriis dixi. / Ob nundinas Brunsvicensis hoc mense legere amplius non licuit. / Mense Septembri / Diebus 1,2 [et] 5 De examine testium dixi. / 5,6 Fuit mercatus oppidanus / 8,9 [et] 12 De officio examinantis, producentis et producti dixi. / Reliquum huius mensis tempus [8 r] cure valetudinis impensum / Iohann Gotthart von Böckellen
Quelle	37 Alt 2530, bis auf einige Wort wie 37 Alt 211 He, Fol. 7 f.; Fol. 20 f.

Zitierhinweis

Prof. Johann Gotthart von Boeckellen. In: Wissensproduktion an der Universität Helmstedt. Forschungsportal zur frühneuzeitlichen Universitätsgeschichte. Hrsg. von der Herzog August Bibliothek Wolfenbüttel. 2010–2013. Relaunch 2026. Permalink: <https://uni-helmstedt.hab.de/prof-19-boeckellen> [24.06.2026]